



DICASTERIUM DE CULTU DIVINO
ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM

Prot. N. 347/23

RAGUSIENSIS

Sanctum Ioannem Baptistam, Praecursorem Domini, et sanctum Georgium, martyrem, ab immemorabili clerus et christifideles oppidi Ragusiensis peculiari necnon assiduo cultu prosequuntur.

Inde Excellentissimus Dominus Iosephus La Placa, Episcopus Ragusiensis, communia excipiens vota, litteris die 11 mensis martii 2024 datis, ab hoc Dicasterio humiliter postulavit ut, exceptione quoad Normas de Patronis constituendis concessa, una cum sancto Ioanne Baptista, iam Patrono principali apud Deum diocesis et oppidi Ragusiensis, etiam sanctus Georgius, martyr, Patronus aequae principalis apud Deum eiusdem oppidi iure publiceque declararetur.

Dicasterium porro de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, vigore facultatum sibi a Summo Pontifice FRANCISCO tributarum, omnibus adiunctis attente perpensis rationeque habita boni fidelium, precibus annuit atque

SANCTUM IOANNEM BAPTISTAM
PATRONUM PRINCIPALEM APUD DEUM
DIOECESIS ET OPPIDI RAGUSIENSIS,
ET SANCTUM GEORGIUM, MARTYREM,
PATRONUM AEUQUE PRINCIPALEM APUD DEUM EIUSDDEM OPPIDI

perlibenter confirmat et declarat, quolibet alio titulo remoto, omnibus cum iuribus ac liturgicis privilegiis iuxta rubricas consequentibus.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex aedibus Dicasterii de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum,
die 16 mensis aprilis 2024.

Arturus Card. Roche
Præfectus

+ *Victorius Franciscus Viola, O.F.M.*

✠ Victorius Franciscus Viola, O.F.M.
Archiepiscopus a Secretis

CANCELLERIA DELLA DIOCESI DI RAGUSA
Copia conforme all'originale

Sac. Paolo La Terra
Cancelliere

don Paolo La Terra

